Glöckner, Karl [Hrsg.]; Historische Kommission für den Volksstaat Hessen [Hrsg.]: Codex Laureshamensis (Band 1): Einleitung, Regesten, Chronik
Darmstadt, 1929 Seite 363



sterii, et quiete monachorum statuta sunt transgredi, sciat se anathematis uinculo innodatum, et cum diabolo et omnibus impiis ęterni incendii atrocissimo supplitio deputatum. At uero qui pio intuitu custos et obseruator eorum exstiterit, omnimodę benedictionis gratiam, omniumque peccatorum suorum absolutionem et indulgentiam, et celestis vitę beatitudinem cum sanctis et electis omnibus a misericordissimo domino deo nostro consequi mereatur, in secula seculorum. Amen. Scriptum per manum Stephani notarii, et regionarii, et scriniarii sanctę romanę ęccelesię, in mense ianuario, et indictione undecima. Bene ualete. Data III⁰ kl. ianuarii, per manum Stephani dei prouiden|tia primicerii sanctę sedis apostolicę. Anno pontificatus domni nostri Benedicti sanctissimi septimi papę nono. Imperante domno nostro Ottone a deo coronato magno et pacifico imperatore anno quinto decimo, in mense ianuario, et indictione supra scripta undecima. 982 Dez. 30. Bl. 17'.

Kap. 81. Otto secundus huius nominis imperator, Romaę mortuus, in paradiso sancti Petri[1]) condigno honore sepelitur. Huius filio patris ęquiuoco, admodum paruulo, et necdum [regni][a]) gubernaculis apto, respublica per uenerabilem Adelheidem auiam suam, et imperatricem Theophaniam matrem suam, nobiliter amministrata est, quousque puer ipse litteris diuinis et humanis adprime instructus, ad tantę uirtutis insigne emicuit, ut mirabilia mundi[2]) appellaretur. Hic patris auique prosequens uestigia, libertatem laureshamensis monasterii, interuentu Salemanni abbatis, sua quoque auctoritate roborauit.

## 81. (Reg. 3588.)

## Ottonis tercii de inmunitate laureshamensis ęcclesię.[1])

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Otto[b]) diuina fauente clementia rex. Si erga loca diuinis cultibus mancipata, propter amorem dei, eiusque in eisdem locis sibi famulantes[c]) beneficia oportuna largimur, premium nobis apud dominum ęternę remunerationis rependi non diffidimus. Quapropter nouerit interea[d]) sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum, quia uir uenerabilis Salemannus abba ex monasterio Laureshammo, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius martyr corpore requiescit, quod est situm in pago reninse, super fluuium Wisgoz, obtulit obtutibus nostris auctoritatem inmunitatis domni et genitoris nostri, bonę memori Ottonis[e]), imperatoris augusti [in qua continebatur insertum][f]), qualiter idem genitor noster ipsum monasterium, ob amorem dei tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione, et inmunitatis defensione, ab omni inquietudine iudiciarię potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen rei postulauit *nos predictus Salemannus abba, ut paternum morem sequentes, huiuscemodi nostrę immunitatis preceptum ob reuerentiam sancti Nazarii mris. qui ibidem corpore requiescit, circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni ob consilium et interuentionem dilectę auię nostrę Adel- Vorurkunde nr. 17.

[a]) pargi, verbessert aus parui mit kleiner Lücke (für -ni), dahinter offenbar nach dem vorauf-gehenden paruulo verschrieben, aber nicht vollständig verbessert.
[b]) III über Otto. [c]) Darüber: l(ege) [famulant]ibus.
[d]) inserta, verbessert nach 17. [e]) II über Ottonis. [f]) ergänzt nach 17 u. 89.

K81] [1]) Thietmar III, cap. 25 (14): introitus orientalis paradisi domus s. Petri; ähnlich Ann. Heremi SS. III, 143; Hermann v. Reichenau zu 982 SS. V, 117: in porticu s. Petri.
[2]) Mirabilia mundi auch Ann. Spir. saec. 14 zu 984, SS. XVII, 81.

81] [1]) Drucke: Würdtwein, Monasticon Palat. IV, 34 teilweise nach Lamey. MG., DD.O III nr. 6. Regest: Stumpf, Reichskanzler nr. 876. Fassung knüpft trotz der Berufung auf nr. 79 mit Übergehung der früheren ottonischen Privilegien an die karolingische Urform nr. 17 an; vgl. zum Unterschied von nr. 30 und 46: Laureshammo, pago reninse, nec ullas redibitiones, exinde ius fisci. Nachurkunde 89, vgl. 126.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gloeckner1929bd1/0375